

Beiheft

S 216

1267 April 14 Werden.

[17]

Abt Albero von Werden bestätigt eine Schenkung des Cäsarius von Telgte an das Kloster Burlo.

Albero Dei gracia abbas monasterii Werdinensis universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in auctore salutis. Vestre notum esse cupimus pietati, quod Cesarius de Telghet, filius domini Svederi bone memorie de Nahus, noster ministerialis, in nostra presencia constitutus domum dictam Wolthardine in parrochia Heydene sitam, quam cum curia Alveskerken a nobis tenebat jure ministeriali, in manus nostras resignavit cum omnibus iuribus ad ipsam domum pertinentibus, promittens sub pena amissionis omnium bonorum suorum, que a nobis tenet, quod matrem suam cum uxore et liberis necnon et fratrem suum eandem domum similiter facit resignare, cum a fratribus de Burlo fuerit requisitus, in manus nostras vel domini G[erhardi] Monasteriensis episcopi, cui tenore presencium salvo iure nostro et fratum predictorum de Burlo vices nostras committimus in hac parte. Nos vero hanc resignationem et securitate accepta prefatam domum Wolthardine cum agris et aliis iuribus suis priori et sepeditis fratribus concessimus perpetuo possidendam, ita ut in signum huius concessionis custodi ecclesie nostre dimidiā libram cere in festo sancti Nicolai sive modico tempore ante vel post festum iam dictum annuatim persolvant. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Actum et datum in Werden anno Domini M^oCC^oLXVII^o XVIII^o Kal. Magii.

Transjumpt des 14. Jhdts. (vergl. Regest Nr. 64); Lade 227, 14.